

Johann Georg Dorsche

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Georgius Dorscheus D. Cives Academicos Ad Angelicorum Circa Se Praesidiorum, Divinae Maiestati Proximorum, Meditationem devotissimam & ... studium invitat & cohortatur ex Matth. XII, X. proposito Christi effato, Angeli parvulorum in coelis semper vident faciem Patris mei, qui in coelis est

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734942850>

Druck Freier  Zugang



RU. Progr. 1657/8

Johannes Georg Goetheus

ad angelicorum circa se praesentium
meditationum invitata

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES GEORGIUS
DORSCHENS D.
CIVES ACADE-
MICOS

ad
ANGELICORVM CIRCA
SE PRÆSIDIORVM,
DIVINÆ MAIESTATI
PROXIMORVM,

Meditationem devotissimam & *εὐαγγελίας* studi-
um invitat & cohortatur

ex
Matth. XLIX, X.
proposito CHRISTI effato,
Angeli parvulorum in coelis semper
vident faciem Patris mei, qui in
coelis est.



ROSTOCHII,
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad, Typ,
Anno 1656.



Roximos Deo splendorēs,
divinæ Majestatis adfites & ministros,
quos mortalibus custodiendis desti-
navit benefica voluntas, graviter de-
pingit Angelus fœderis, Salvator or-
bis *Matth. 18. 10.* cum ait; οἱ ἄγγελοι
τῶν μικρῶν ἐν ἔθροῖς διὰ πωλὸς
βλέψασι τὸ πρὸσωπον τοῦ πατρὸς μου
τῶ ἐν ἔθροῖς. Vocat eos Ἀγγέλους
ἐν ἔθροῖς. Ita constanter legunt o-

maes Græci Codices & Latini. Sequuntur interpretes reliqui, Germa-
ni, Galli, Itali, Angli &c. Syrus omittit ἐν ἔθροῖς in edit. Tremel-
ly, Trostii, Guidonis Fabricii. Indicat autem Salvator isto elogio
illorum distinctionem ab aliis angelis, qui sunt *παρατεταρωμένοι σεραῖς*
Ἰερεῖς. *2. Pet. 2. 4.* Eo modo vocantur ἄγγελοι εἰ ἐν τοῖς ἔθροῖς
Matc. 12. 25. *Matth. 24. 36.* ἄγγελοι τῶν ἔθρων. & *Matc. 13. 32.*
ἄγγελοι οἱ ἐν ἔθρῳ. Vocantur alias ἄγγελοι θεῶ καὶ κυρία
Matth. 1. 24. c. 2. 13. c. 4. 6. c. 22. 30. c. 28. 2. *Luc. 2. 9. c. 4. 10. c. 12. 8. 9.*
c. 15. 10. *Joh. 1. 11.* *Act. 7. 30. c. 12. 7.* *Gal. 4. 14.* *Heb. 1. 7* Ἐπεὶ ἅγιοι ἄγγελοι
Matth. 25. 31. ἰκλεκτοὶ ἄγγελοι *1. Tim. 5. 21.* ἄγγελοι ἐξ ἔθρου
Gal. 1. 8. ἄγγελοι φωτὸς *2. Cor. 11. 14.* Cum angelos in cœlis vocat,
cœlestem ipsorum beatitudinem, immutabilitatem, sapientiam in-
comprehensibilem, justitiam perfectissimam, simplicitatem rectissi-
mam, charitatem summam, incontaminabilem perfectionem de-
notat. Hæc enim bona sunt τῶν ἔθρων, proximis illis Deo splen-
doribus competentia. Nunquam sanè desinunt esse angeli in cœlis,
postquam ex Dei beneplacito cœlis afferti & muneribus cœlestibus
sanctissimis gravissimisq; vindicati sunt, postquam ἔθρους, qui fu-
erunt ἰδιῶν ἀυτῶν ἀκηθέρων non deseruerunt, *τηρήσαντες τὴν ἐπαυτῶν*
ἀρχὴν Juda vers. 6. & in veritate stantes *Joh. 8. 44.* Non sunt non-
ἄγγελοι ἐν ἔθροῖς, quando à Deo opt. max. emittuntur ad func-
tiones & administrationes orbis varias. Vocantur enim ἄγγελοι ἐν
ἔθροῖς, quando sunt circa μικρὸς, de quibus postea dicendum.
Non absunt aut abeunt à Deo, licet adfuit hominibus & eos audeant.
Non

Non fiunt magis ἑρᾶνοι ἄγγελοι, quando stant coram throno Dei, cumq; laudant, quam cum contra Diabolum militant. Imò nunquam non stant coram throno Dei, cumq; laudant, etiam cum contra Satanam pugnant. *Conf. Theolog. Zach. part. 2. disp. 4. loc. 2. §. 10. p. 147.* Mirè de angelis Dei philosophatur R. Moses Meymonides in *More Nevochim part. 2. cap. 6. p. 200.* & seqq. edit. Buxtorf. Ponit primum hanc hypothelin. *Non invenies, Deum ullum opus fecisse, nisi per manus alicujus angeli.* Itaq; progreditur porro & ait: *Nosti quod Malach Angelus significet Legatum, nuncium.* Et quivis, qui *mandatum aliquod expedit, est Angelus, ita ut de motu animalium irrationalium quoq; dicatur, illum fieri per manum Angeli, quando ille motus est ad intentionem creatoris, qui indidit eis facultatem, qua illo motu movere possunt.* Sic dicitur Dan. 6. 22. *Deus meus misit Angelum suum & conclusit os leonum, & non perdidit me.* Motus quoq; *Asinæ Bileami omnes facti fuerunt per manum Angeli.* Quin imò *Elementa ipsa vocantur Angeli.* Ps. 104. 4. *ut qui facit angelos suos ventos: ministros, ignem flammantem.* Non te latet etiam Angelum vocari nuncium & Legatum ex hominibus, Gen. 32. 3. Jud. 2. 4. Num. 2. 2. 16. Et post aliqua interjecta pergit. *Minime quoq; partes eorum hujus mundi usq; ad creationem membrorum animalium, pro ut sunt, sunt mediantibus Angelis: quia virtutes & facultates omnes sunt Angeli.* Quam verò perniciosa & detrimentosa est hujus rei ignorantia. Si dicas alicui, etiam ex eis, qui existimant se esse e numero sapientium Israelis, Deum mittere Angelum suum, ut in uterum mulieris ingrediatur, ac embryonem ibi formet, plausibile hoc admodum ipsi videbitur, & approbabit illud, quin imò existimabit, esse hoc omnipotentie & sapientie divina maximum preconium: licet aliàs credat, Angelum esse corpus igneum, & quoad quantitatem sicut tertia rotius mundi pars. Omnia hæc convenientissima ipsi videbuntur naturæ Dei. Verum si dicas ei, Deum indidisse semini facultatem formatricem, quæ faciat ac formet dispositionem illam membrorum, & illam esse angelum. vel omnes formas proveniri ab intellectu agente, & hunc quoq; esse Angelum, Principem nempe, cujus tam frequentem faciunt mentionem Sapientes nostri, nullo modo hoc admittet, quia veræ fortitudinis & potentie Dei natura, quæ existere facit facultates activas, sensibus apprehendi nequit. Nostri sapientes autem omnibus prudentibus satis explicaverunt, quamlibet facultatem corporalem esse Angelum, ac per consequens multo magis facultates dispersas ac diffusas per hunc mundum, singulasq; unam tantum habere actionem & operationem propriam, nota duas. Hinc dicunt in

traditio est: nunquam unus angelus duas obit
ones, neq; unquam duo angeli obeunt legationem unam.
Par enim ratio est omnium facultatum seu virtutum. Quod verò facultates
singulares naturales & animales Angeli quoq; ab illis vocentur, illud ex
multis locis probari & confirmari potest. Sic passim invenies illos dicentes,
Angelus qui præfectus est tali vel talis rei, quia omnis virtus vel facultas,
quam præfecit Deus alicui rei, vocatur angelus illi rei præfectus. Hinc le-
gimus in Medrasch Koheleth. Ea hora, qua homo dormit, dicit Anima
ejus ad Angelum, & Angelus dicit ad Cherubinum &c. Ex quo in-
telligenti apparet, facultatem imaginatricem quoq; vocari Angelum, & in-
tellectum vocari Cherubinum, quod à sapientibus & intelligentibus elegantis-
simum judicatur, utut à stultis & imperitis repudietur. Hactenus phi-
losophia de Angelis, monstrosa satis, quam nec sacrarum literarum
monumenta permittunt, nec sana etiam ratio concedit. Somnia
Rabbinica sunt ista omnia. Sic totum opus sex dierum infinitorum
Angelorum productio fuisset. Et homo non uno angelo constaret.
Imo summa creaturarum divinarum confusio introduceretur. Deniq;
angeli ἐν ἑρῶνις dicerentur ad distinctionem ab angelis elementaribus,
mineralibus, vegetabilibus, animalibus &c. Vocat porro Salvator
Angelos τῶν μικρῶν, qui tanquam Dei Ministri & Legati ad homines
mittuntur μικρῶν. Ut res planior fiat, notemus, v. 2. indicari, quod
Christus puerulum παιδίον advocaverit & in medium stiterit. An ire
& stare potuerit puerulus ille, ex verbis Christi non liquet.
Nam & in ulnis adhuc nutricum hærentes advocari & in corona aliqua
auditorum sibi præsentariq; possunt; & trimuli, bimuli, imo unius an-
ni puelli ire stareq; possunt. Hunc puerulum & omnes ejus ætatis in
Ecclesia constituit exemplar, ad quod componi debeant, quotquot
regni cælorum participes esse quærunt v. 3. Ratio est: quia qui non
sunt ita comparati, ut ab affectibus ὑπερβολῶς liberi evadant, illi mul-
tis maximisq; impedimentis regni cælorum sunt obnoxii. Unde εὐφροῦν
v. 3 & περιώσαι v. 4. opus est, uti infantes sunt ab omnibus istis af-
fectibus immunes & thesauros gratiæ in simplicitate amabili possident.
Unde quanto magis ab ætatis progressibus remoti sunt, tanto ad ex-
emplar fidelibus exprimendum constituendum aptiores sunt. Ani-
madvertebat Jesus, ἐν ἑρῶνις illa visa fuisse discipulis suis, nimis ab-
jectè de infantibus in Ecclesia sentientibus. Igitur conditionem pue-
rulorum istorum felicissimam ex diversis prærogativis explicat. I. quod
maxi-

maximo loco habeantur in regno cœlorum v. 4. II. quod recipientes ejus-
 modi puerulos, in statu regenerationis persistentes, ipsum Christum re-
 cipiant cum omnibus thesauris & beneficiis suis, quem ne ipsi quidem
 discipuli satis recipere sciant v. 5. III. quod adeoq; Christus intima gratio-
 sa communione & in habitatione ejusmodi receptos puerulos impleat,
 ut ipsis receptis ipse simul recipi queat. IV. quod ejusmodi, per circum-
 cisionem in Ecclesia regenerati, pueruli credant suo modo ineffabili,
 quo Christum ejusq; gratiam recipiunt. V. 6. In quo maximè
 sunt imitandi, secus ac tum fecerunt discipuli & eo tempo-
 re complures alii. *Conf. D. Feurborn. contra Raphael. Eglin. Tom.*
7. diss. Giff. 15 §. 73 & seqq. V. quod illi pueruli tanquam magnum Ecclesiæ
 decus atq; donum circumspēctissima diligentia sint observandi, ne
 ullo contaminentur scandalo, quod facile etiam puerulis impruden-
 ter, impudenter & impiè tractatis & lætatis contingere potest. v. 6.
 Observamus tenorem verborum Christi. Scandalisari verantur pueru-
 li, qui credunt Q. d. In puerulos ejusmodi deposita est fides in me
 & univēsa salutis possessio. Hanc nolite evertere in ipsis. In hac eos
 nolite turbare, ubi scandalorum capaces erunt. Submoveat à vobis omnia
 seculi pessimi scandala, ne tam pretiosè Deo nexi in illa, vestrà culpā, in-
 cidant & dissolvantur. IV. quod Angelos non minus habeant sui custo-
 des, observatores, vindices, quam quivis credentes alii, qui irretorto
 intuitu perenniter faciem omnituentis Dei conspiciunt. v. 10. Nimi-
 rum vult Christus nobis meditandum relinquere, cum ejusmodi puelli
 sint in possessione regni cœlorum, in Christi communionē, in fidei
 salvificæ vinculo, non posse non consequi, quin regni cœlorum pulcher-
 rimos hospites, angelorum felicissimorum thronos, patronos habeant.
 Dum ergo Christus ait, ἀγγέλως esse μικρῶν ætate & in sancta illa
 sua simplicitate Christum regnumq; cœlorum per fidem complecten-
 tium puellorum, tanquam beatificæ imitationis exemplarium, asse-
 rit simul, ἀγγέλως esse μικρῶν προφῆ καὶ ταπεινώσει, imitationē
 humilitatis & simplicitatis quasi puellorū. Illud ergo ex h. l. liqui-
 dum est, omnibus μικροῖς, puellis, infantibus, qui ad regenerationem,
 ad regnum cœlorum & Christi communionem pervenerunt, omni-
 bus itidem ejusmodi μικροῦς contritionis humiliatione imitantibus,
 beneficium custodiæ Angelicæ patrociniumq; competere. Sine fun-
 damento autem ex h. l. post Fr. Suarez l. 6. de Angel. cap. 17. n. 8. & seqq.
 Maldonat. *Comm. b. l.* Adamum Conzen b. l. q. 1. Arturum Pitseum

ibid. Cornelius à Lap. *h. l. p.* 347. probare conatur, singulis hominibus à Deo unum, definitum & perpetuum angelum custodem, non solum fidelibus & iustis, sed etiam infidelibus, impiis & reprobis, imo AntiChristo datum. Quorum seruita quoq; incedit Hugo Grotius *Comm. h. l.* Certè enim h. l. custodia angelica primò non aliter allegatur, quam tanquam eximium quoddam atq; incomparabile divinum privilegium, quod regenitis puellis eorumq; imitatoribus cœlitus sit assignatum. Deinde indefinitè loquitur Salvator de angelis parvulorum, nec determinat, anne unusquisq; parvulorum unum, definitum, perpetuum angelum custodem obtineat? Vera est pronuntiatio Salvatoris, si dicamus, semper parvulos custodia angelica gaudere, etiamsi non semper idem definitus illis adfit Angelus: vel si asseramus, plures uni, aut unum angelum pluribus puerulis præesse. Neq; cum angeli parvulorum angeli vocantur, notatur certus Angelorum ordo. Thomas Aq. *1. part. summe q. 113. art. 3. ad 1.* notat ex Joh. Chrysofomo, angelos puerorum angelos supereminentes vocari, quasi puerulorum cura angelis supremis sit commissa. Sed ut suæ hypothefi, qua docet Thomas, non nisi ex nono angelorum choro mitti angelos ad homines, conciliet Chrysofomum, interpretatur supereminentes de supremis non in primo & summo seraphinorum, sed in nono & infimo ordine angelorum, ita ut in illo supremi sint custodes hominum; medii, animalium; infimi, arborum, frugum & plantarum. Sed istam Thomæ hypothefin nullo fundamento niti non incommodè discutit Gabr. Vasquez *in 1. Thom. Tom. 2. disp. 244. cap. 2. n. 7. & s. p. 823. & seqq.* Franc. Ribera *ad Hebr. c. 1. 14.* quem sequitur Guil. Estius *in Comm. eod. loco ibidemq;* Cornelius à Lapide, qui pro se etiam adducit Ludov. Molinam *in 1. Thom. q. 112.* Etiam Gregor. de Valentia *Tom. 1. disp. 8. generali punct. 2.* concedit ex quolibet ordine angelos mitti, licet ex supremo extraordinariè fiat. Dionysius Petavius *Theolog. dogm. Tom. III. de Angelis libr. 2. cap. 5. p. 122. & seqq.* istam hypothefin ex scriptura & S. S. Patribus prolixè refutat. Secutus Alphonsum Salmeronem *Tom. 15. Comm. in N. T. ad Hebr. 1. disp. 8. p. 679.* quicquid contradicant Thomistæ, Cajetanus, Franc. Zumelus, Fr. Suarez, Sebast. Barradius & alii, quos citat Jacobus Granadus *Tom. 3. Comm. in 1. Thomæ p. 544.* & probat Roderic. de Arriaga *in 1. Thom. tract. de Angelis disp. 22. sect. 8. subsect. 3. p. 343.* Quin & hypothefeos hypothefin, sc. esse angelorum tres hierarchias & novem ordines, incertissimè esse, demonstravi *singularium angelicor. dissert. 3.* De his verò ange-

angelis parvulorum enunciat Salvator, quod *semper videant faciem Patris sui, qui est in caelis.* Objectum Visionis est *facies Patris caelestis Christi.* Pater caelestis describitur pulchre *Eph. 3. 14. 15.* estq; singulariter & proprie, sc. substantialis generationis ratione, Domini nostri Jesu Christi Pater, sc. ille, cum quo Christus ab initio vicissitudinis dierum & sabbatorum intervenientium contiauo *εως αρπ* operatur. *Joh. 5. 17.* unde probè collegerunt Judæi, Christum *λέγει τον θεον πατέρα ιδιον* & se facere Deo æqualem. *v. 18.* Unde Pater caelestis est unum cum Christo *Joh. 10. 30.* ea sc. unitate, qua, qui taliter unus est, Deus summus est, *v. 33.* ea unitate, qua in caelis præter Patrem, Filium & Spiritum sanctum nihil unum est ex omnibus rationalium creaturarum ordinibus *1. Joh. 5. 7.* Et disertè Christus se refert ad objectum summum fidei, cum dicit *τας μικρους* in se credere, *Matth. 28. 6.* Fidei enim objectum personale non est nisi summus Deus. Est enim actus fidei *λαβειος* actus, quæ non nisi summo Deo debetur *Matth. 4. 10.* Cum igitur dicitur, Angelos parvulorum videre faciem Patris caelestis, eo ipso includitur Filius Patri *ομοσι*, Deus de Deo, Lumen de lumine. Et Spiritus Sanctus, qui est unum cum ambobus *1. Joh. 5. 7.* & à Patre procedit, *Joh. 15. 26.* & à Filio, ut ejus sunt omnia, quæ Pater habet. *Joh. 16. 15.* Facies Patris caelestis est plena ejus gloria, majestas mortalibus inaccessa, solis glorificatis concessa. *1. Tim. 6. 16.* Hæc ergo angelorum & Isangelorum est objectum. Hanc, inquit Salvator, vident *δια παντος.* Grotius h. l. à Regum Persicorum more sumptam esse similitudinem putat, quos *adspicere quotidie non cuius ministrorum liceat, sed solis regni proceribus.* Unde concludit, *non quosvis, sed insigniores angelos intelligi piorum custodie assignatos.* Quasi verò regnum gloriæ ad formam aula Regum, aut aula quæcumq; Regia ad formam regni caelorum esset composita. Longè aliud *Visio angelorum*, piis destinatorum, à Salvatore commendata, indicat. Et quidem I. *divinam omnipræsentiam.* Si enim angeli parvulorum, etiam cum parvulis præsent, sunt in caelis, h. e. fruuntur caelesti majestate, & gloria coram throno Dei; utiq; Deus omnipræsens est. Unde duplicem præsentiam meditari necesse habemus & angelicam & divinam, apud parvulos & apud nos omnes. II. *divinam sapientiam.* Satis fuisset, Patrem caelestem intueri parvulos tanti æstimatos. Placuit ex thesauris sapientiæ interminabilis addere lumina angelica, quæ pa-

riter

riter diffundantur super parvulos, & splendoribus reflexis Deum Patrem intuerentur. III. *divinam potentiam*. Satis magnum circa parvulos Fideles munimentum, divina omnipotentia. Murus flammens illa circum connexus sibi. Sed ad documentum potentiae incomparabilis ordinati sunt *Angeli*, potestates, dominationes, virtutes. *Eph. 1. 21.* qui sunt potentissimi exercitus. IV. *Divinum imperium*. Facies Dei angelis sanctissimus legis atq; regulæ instar est, ad quam omnes actiones suas componunt. Observant in ea nutum irrefragabilem, quem solum sibi sequendum existimant. Nulla est in cœlestibus illis luminaribus a summa luce dissensio. Excipiunt ab hac radios, quos ad eandem reflectunt. V. *Indefatigatum studium*. Vident angeli, quæ circa parvulos sibi custodiendos versantur, summa, imma, parva, magna, visibilia, invisibilia, terribilia, vilia. Sed supra ista omnia est visio Patris cœlestis. Et quidem visio ad parvulorum commodum prompta. Cornel. à Lapide ita *h. l. p. 348.* Cautè, inquit, hic legendus est Origenes, qui dicit, *Angelos custodes subinde incustodias per negligentiam peccare, ideoq; privari quandoq; visione Dei & beatitudine. Angelos a parvulorum semper eos diligenter custodire, ideoq; semper frui Dei visione & beatitudine. Et hoc velle hoc loco Christum. Hic enim est error. Angeli enim omnes sunt beati.* VI. *confirmatum robur* Est enim hoc immutabile beneficium divinum; quamdiu parvuli erunt ad regnum cœlorum deducti, Christo inserti, fide salvifica coruscantes, tamdiu angeli eorum videbunt faciem Patris cœlestis. At hoc semper & ad consummationem usq; seculorum futurum est, ut propagatio generis humani tum extra tum intra Ecclesiam fiat & parvulorum subinde sit copia. Ergo circa illos versabuntur semper, qui sanctissimis purissimisq; radiis faciem patris cœlestis intueantur angeli. Dicamus, *angelos illos non esse confirmatos in bono*, quam incerta erit & lubrica Christi cohortatio! Itaille namq; cohortatur. Semper & indefinenter usq; ad consummationem seculorum apud hæredes regni cœlorum & exemplario fidelium erunt angeli boni & sancti. Et illi in illa fidelium parvulorum custodia semper videbunt faciem Patris cœlestis. E. semper & indefinenter cavendum est, ne parvuli semel in possessionem beatissimam deducti contentum habeantur aut improbi orbis scandalis exponantur. Negabit aliquis confirmationem angelorum in bono, negabit antecedens Christi, sc. semper & indefinenter usq; ad consummationem seculorum apud hæredes regni cœlorum & exemplaria fidelium futuros angelos bonos & sanctos semper viros faciem Dei.

Hinc

Hinc male Jacobus Arminius in respons. ad artic. sibi impositos art. 20. p. 130. operum, cum negat, esse aliquem idoneum s. scripturæ locum pro confirmatione angelorum in bono, ad hunc locum Matth. 18. 10. ait: *non loquitur h. locus de Visione beatifica, sed de illa visione, qua adstantes throno Dei iussa illius capessunt. quod ex scopo Christi apparet, volentis persuadere, ne quis scandalum parvulis ponat.* Cui suasioni faciendæ servit *ad spectus non beatificus*, verum *ad iussa excipiendum parvulis istis custodiendus* comparatus. Ita ille. Nam Christus requirit in angelis parvulorum custodibus perennem circa eosdem advertentiam & respectu Dei & respectu parvulorum. Ejusmodi autem indefectibilis advertentia non est nisi à confirmatione in bono, quæ facit ne angelus quispiam vel à statu suo deficiat, vel ab officio excidat. Sanè enim si in officio permanens angelus esse debet, necesse est, ut à statu suo deficere nequeat, quod à confirmatione in bono oritur. Regula certè invicta est & irrefutabilis: Qui in bono officii sui inculpabiliter per plurima secula perseverans est, ille in bono naturæ & status sui confirmatus esse debet, ne aliquando perseverantiam in officio abrumpat. At, asseverante Christo, angeli parvulorum inculpabiliter per plurima secula ab initio plantatæ Ecclesiæ perseverantes fuerunt, sed &, promittente eodem, ad consummationem usq; seculi perseverabunt. Debent itaq; in bono naturæ & status sui confirmati esse. VII. *ineffabile auxilium*. Videntes enim faciem Patris cœlestis non sunt otiosi & nihil à facie Patris cœlestis precati, sed omnino vident cum tripudio auxilia cœlestia ab eadem facie promanantia, quæ splendoribus, amoribus, votisq; suis prosequuntur, qui mirifice exhilarantur membrorum Christi & Ecclesiæ prospera constitutione. IX. *ingens vindictæ desiderium*. Id verba Christi satis innuunt. Vult esse parvulos Dei supra omnem *σκανδαλισμὸν & καταφρόνησιν* positos. Gravissimas pœnas interminatur illis, qui non omni adhibita vigilantia circumspiciunt, ne talia sanctis illis Deoq; dilectis parvulis obveniant. Eum, in finem dicit, angelos eorum indefinenter videre faciem patris cœlestis, semper throno Dei esse proximos, ad illum exponere posse scandala & pericula parvulis objecta, & vindicem Dei manum flagitare, quæ longè gravius punitura pressuraq; sit, quam si suspensamola affinaria demergantur in profundum maris. Matth. 18. 6.

Hoc pronunciatum Christi hodie vobis meditandum proponere volui, CIVES ACADEMICI honoratissimi! Adscribere potuissem

B.

tuissem

tuissem, si id chartæ permisset & temporis angustia, omnium seculorum Christianæ Ecclesiæ Doctores, qui circa divinum illud Salvatoris *κειμήλιον* egregia ad omnem pietatem incentiva ediderunt. Et omnino indigemus talibus circa senile hujus orbis frigus, ubi, ut erga omnia alia, sic & sanctissimos angelos debitus ardor excessit animis. Imo & memoria S. Angelorum penitus intercidiisse videtur. Contra hamus autem in compendium antiquitatis monita, & observemus, Christum notare *mundi insaniam*. Despicit hic, scandalizat, pessundat parvulos. Parvulos, quos sibi in sanctissimo regenerationis fœdere devinxerat Deus, quos Christus in habitatione beatifica in se derat, qui regno cœlorum adscripti fuerant. Parvulos, de quibus maxima bonum publicum speraverat. Utinam ab hoc immanissimo, barbarico & Satanico scelere immunes essent Academiæ! Imo utinam non frequentissime in Academiis parvuli Deoq; consecrati despicerentur, scandalisarentur, perderentur! Veniunt ad Academiis optime educati domi illico velut *πεικηθόμενα καὶ περιήματα πάντων* habentur, obambulant sordidi, pannosi, pallis hiantibus & discissis, exq; altero latere pendulis, Academiæ ludibrium & calumetiam atq; lixarum deridiculum. Interim ab insanientibus in scandala pertrahuntur & pessimis moribus adsuescunt plurimi. Plurimi pereunt. Non curant hæc isti Helluones, Ganeones, Lurcones, sui aliorumq; corruptores. Quanta ista est insaniam? Accersunt infinitas diabolorum turmas. Offendunt a. sanctissimos Angelos. Offenderunt jam ante, cum seipsos pessumdederunt, cum abegerunt à se beatissimos custodes, qui ab ipsis digressi, qua ratione viderint faciem Patris cœlestis, tecum facile computare poterunt. Dum novam Angelis sanctis inferunt injuriam, & pias mentes, obsequiosa pectora, membra Domini JESU ab Angelorum complexibus, quantum in ipsis est, avellunt, quanto ad Deum reflexu illi de ea quiritantur! Atq; ista omnia delirus mundus tuetur privilegiis, autoritate, exemplis. Quasi contra antiquissimos Spiritus ullius privilegii daretur præscriptio, ulla prævaleret præsumptio, ullum exemplum confisteret. Concedemus hoc mundo, si cum boatibus & clamoribus nocturnis, cum universalibus & particularibus pergræcationibus, cum ferinis duellationibus, cum furtivis & nequam amoribus, ad ulteriora sæpe contendentibus, cum fœda & inexcusabili pretiosissimi temporis perditione sanctissimorum ANGELORVM præsentiam, benevolentiam, puritatem, innocentiam conciliaverint: imo si ostenderint, diabololo-

diabolorum & Angelorum sanctorum regnum unum idemq; esse, interim vident tot angelorum myriades mundi hanc insaniam, abominantur, detestantur, diris deovent, & hac facie Patris cœlestis faciem intuentur. Videntes hoc modo indignabundos faciem suam ANGELOS videt Pater cœlestis, videt invisos mortales, videt mundi insaniam immanem. Quid porro? Videbunt, quos in ista insaniam viderunt Angeli, qui vindictam propter eos flagitantibus oculis Deum viderunt, qua ultione Deus illos visurus & visitaturus sit aliquando, nisi ad resipiscentiam, diu satis neglectam, respexerint. II. *insaniam medelam*. Neq; n. decet insaniam pertexere. Optimum remedium contra insaniam istam potest esse, primum studium *μικροτη*, de qua Christus tam graviter commonefecit. Studeant esse sicut pueri à Christo commendati, quotquot volunt insaniam seculi effugere, & *εἰς μέτρον ἡλικίας τῆ πληρώματ*. *τῆ χειρῶ* pertingere, atq; *εἰς ἀνδρα τέλειον* evadere. *Eph. 4.13*. Multi enim profecto jam dudum majores esse potuissent, si non se jam magnos esse credidissent. Sanæ magnitudinis mensura in parvitate est. Quantoq; quis est minor sibi, tanto major aliis est. Inprimis minimos esse coram Deo oportet. Id contritione & penitissima *τὸ πεινώσει Matt. 18.4*. perficiendum est. Destruenda itaq; sunt magnæ improbæ mentis structuræ, magna consilia ad nequitiam seculi composita subvertenda, magni inobedienciæ conatus, magna desidiarum molimina, magna solidæ eruditionis detrimenta extripanda. Intolerabilis in juvenilibus animis granditas est, qua supra seniorum annosam prudentiam insolescunt, & quicquid ipsis placet, magnum decorum, consultum arbitrantur. Ea sane submovenda est, si desinendum est insanire. Deinde ad angelos, subinde faciem Dei Patris cœlestis respectantes, animus erigendus est, tum ut ipse eorum splendoribus auxiliisq; potiatur, tum ne in aliis occupatos quis eorum contra se vindictam excitet. Miserrimus est mortalium, quisquis Angelorum benevolentia patrociniq; destituitur. Destituitur enim certissimè Deo propitio, quisquis iis destituitur, qui semper faciem Patris cœlestis vident. Et quomodo ad Deum, qui est in cœlis, perveniet, qui angelis in cœlis non fruitur propitiis? Sicigitur inprimis adornanda est totius vitæ scena, ut Angelis sanctis in eadem locus sit. Id felicissimè fiet, si subinde & nos faciem Patris cœlestis respexerimus. Faciem puta, quam sacrosancto ille suo verbo legibusq;

legibusq; incontaminatis expressit. Nutum in facie Patris cœlestis observant & angeli. Bene ergo medebimur malis, si nutum voluntatemq; Dei in facie verbi divini adnotaverimus. Angeli, ut urgeant opus suum, faciem Patris cœlestis intuentur. Faciamus idem & nos, & opus Domini, quod decet nostrum opus esse, urgeamus fortiter. Haud paulo inferior verò est, qui sibi non cavet, ne angelorum circa alios occupatorum contra se vindictam excitet. Documentum Angelici præsidii amissi est, si quis offensa aliorum vindictam *angelorum eorum*, contra se excitaverit. Itaq; ad universam humanam conversationem utilissima cautio est, diligenter attendere, ne aliorum angelos offendas, autorq; sis, ut videant faciem Patris cœlestis contra Te, atq; ita tuos angelos, tuum Deum, tuam salutem amittas. III. *Medela emolumentum.* Parvuli facti magni erimus in regno cœlorum. Parvuli nobis, magni DEO & cœlitibus. Experiemur veram & generi nostro convenientissimam magnitudinem in animis nostris consurgere, si puerilem filiorum Dei parvitatem, tantopere Christo laudatam, amatam, honoratam, seriis studiis consecrati fuerimus. Angelorum memores, & quanta gaudeant optimi illi spiritus felicitate, quantis intersint ipsi luminibus, quantis fruantur mysteriis, quot seculorum decursibus summa fruantur tranquillitate, quam infinitis beneficiis jam inde ab originibus Ecclesiæ humanum genus affecerint, quantis etiam nunc nos tueantur viribus, sedulo cogitantes, sequemur angelicos super nos plausus, jubila propagabimus, triumphos adornabimus. O quam serenissimis lætissimisq; adspectibus illi videbunt faciem Patris cœlestis, si nos morigeros, pone sequentes, scandalorum conculcatores observaverint, ut spem de nobis concipere possint certissimam, nos cum ipsis in omnem æternitatem faciem Patris cœlestis visuros! Faciamus, CIVES ACADEMICI, sanctis angelis hæc gaudia! Faciat illa in nobis sanctus Dei spiritus per Dominum JESUM! Per script.

Rostoch. A. O. R. clb lbc LVI. die XXIX,
Septembr.

✻(o)✻

diabolorum & Angelorum sanctorum re
 Interim vident tot angelorum myriades mun
 nantur, detestantur, diris devotent, & hact
 intuentur. Videntes hoc modo indignabu
 GELOS videt Pater caelestis, videt invisos n
 saniam immanem. Quid porro? Videbunt
 derunt Angeli, qui vindictam propter eos fi
 viderunt, qua ultione Deus illos visurus & vi
 ad respiscenciam, diu satis neglectam, respex
 Neq; n. decet insaniam pertexere. Optimum r
 istam potest esse, primum studium *μικρότα*
 tam graviter commonefecit. Studeant esse s
 mendati, quotquot volunt insaniam seculi eff
ας τῶ πληρώματι & *τῶ κλειῶ* pertinger
 evadere. *Eph. 4.13.* Multi enim profecto jam
 tuissent, si non se jam magnos esse credidisse
 mensura in parvitate est. Quantoq; quis e
 jor aliis est. Inprimis minimos esse coram D
 one & penitissima *τάπεινώσει Matt. 18.4.* p
 dā itaq; sunt magnæ improbæ mentis structur
 quitiam seculi composita subvertenda, mag
 magna desidiarum molimina, magna solid
 extirpanda. Intolerabilis in juvenilibus ani
 pra seniorum annosam prudentiam insolescu
 cet, magnum, decorum, consultum arbit
 venda est, si definendum est insanire. Dei
 faciem Dei Patris caelestis respectantes, ani
 ipse eorum splendoribus auxiliisq; poriatu
 quis eorum contra se vindictam excitet. M
 quisquis Angelorum benevolentia patrocini
 tuitur enim certissime Deo propitio, quisq;
 per faciem Patris caelestis vident. Et quom
 caelis, perveniet, qui angelis in caelis non fi
 tur in primis adornanda est torius vitæ scena
 dem locus sit. Id felicissime fiet, si subinde
 lestis respexerimus. Faciem puta, quam sa

emq; esse,
 im, abomi
 estis faciem
 suam AN
 mundi in
 insania vi
 ulis Deum
 quando, nisi
 e medelam.
 ra insaniam
 Christus
 risto com
 τρον ἡλικί
 ρα τέλειον
 ores esse po
 agnitudinis
 tanto ma
 Id contriti
 Destruen
 nfilia ad ne
 iæ conatus,
 etrimenta
 est, qua su
 id ipsis pla
 ne submo
 , subinde
 s est, tum ut
 occupatos
 mortalium,
 ur. Desti
 ur, qui fem
 a, qui est in
 s? Sic igi
 anctis in ea
 n Patris cœ
 suo verbo,
 legibusq;



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.